



Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum, quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Provisione Et Obtentione Beneficiorvm

Leuren, Peter

Coloniæ Agrippinæ, 1704

Paragraphvs IV. De admissione postulationis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74485](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74485)

lario simplex. Pith. loc. c. n. 13. Laym. cit. n. 4. de Abbatibus expresse Pass. n. 38. juncto n. 39. & 40. citans plures alios, juxta. cit. c. Si Abbatem, & ibi Franc. Jo. And. & c. Siquidem tales praelati, quod minus eligi possunt impedimentum nullum habent canonicum: neque ut Pass. cit. n. 38. citato Abb. in c. fin. h. t. & gl. in c. si Abbatem, v. Abbatem, de elect. in 6. in ea, proprietate & rigore sunt sponsi suarum Ecclesiarum, sicut Episcopi.

Questio 224. Quid dicendum de Clericis non praelatis unius diocesis assumendis ad praelaturam alterius diocesis?

Respondeo qua tales praevis non possunt postulari, sed debent eligi, & in electionem absolute consentire possunt, etsi ad aliam alterius diocesis Ecclesiam transire nequeant sine licentia sui Episcopi, Pass. loc. cit. n. 41. citans Abb. in c. fin. h. t. num. 8. Sylv. v. postulat. n. 3. Tabien. n. 2. Castell. de elect. c. 2. n. 5.

Questio 225. Quid dicendum de religiosis assumendis ad praelaturas intra vel extra suum ordinem?

1. Respondeo primo: religiosi ad praelaturas Episcopatu non inferiores eligi possunt, adeoque ad eas postulari non possunt; tamen sine licentia suorum Superiorum electioni de se factae extra ordinem consentire nequeant. c. si religiosus, de elect. in 6. Pass. loc. cit. num. 42. citans gl. in cit. c. v. electi, & Franc. ibid. n. 2. Abb. in c. fin. h. t. n. 8. Castell. ubi ante Sylv. & c.

2. Respondeo secundo: religiosi professi mendicantes postulari prohibentur ad Ecclesias cathedralibus inferiores, & ad monasteria extra suos Ordines, ita ut irrita sit postulatio talis, & scienter postulantes potestate eligendi & postulandi pro ista vice privati & suspensi per triennium ab omnibus beneficiis, quae obtinent in illa Ecclesia, ad quam hujusmodi postularunt. Extray. unic. h. t. inter communes, idem statuens, si postulatus sit alius 27. annum aetatis non attingens; ubi etiam vide poenas taliter postulati prosequeris postulatione in Curia Romana.

3. Respondeo tertio: tamen Joannes 22. in cit. extray. unic. h. t. prohibeat, ut dictum cujusvis mendicantium Ordinis religiosum ad monasteria extra suum Ordinem postulari; tamen etiam Clemens 5. in Clem. 1. h. t. prohibeat, ne religiosus aliquis in Abbatem vel Praelatum alterius religionis vel habitus eligatur; tradit tamen gl. in cit. Clem. v. eligatur. non prohiberi per hoc talem postulari ex causa; ita tamen, ut postulatio haec fieri debeat a Papa; cum alius fieri poterat & admitti ab Episcopo. Idem cum gloss. sentit Laym. in c. monasterium, de elect. num. 1. sic quoque expresse Pass. loc. cit. n. 44. ait; professus unius Ordinis ad Praelaturam in alio Ordine postulari potest, citatque pro hoc Innoc. in c. fin. h. t. n. 4.

4. Respondeo quarto: nec tacite nec expresse professus ad praelaturam regularem postulari potest, non eligi. Lott. l. 3. q. 17. n. 156. ubi: defectus professionis in postulato ad praelaturam regularem nihil ducitur, quominus postulatio canonica sit, adeo ut simplex Eremita postulabilis reputetur. Pass. n. 43. ubi: novitius tacite saltem non professus ad praelaturam vel in proprio, vel in alieno Ordine eligi non potest. c. nullus religiosus, de elect. in 6. & gl. ibid. v. praelaturam. Abb. in c. fin. h. t. n. 8. Barbof. in c. monasterium, de elect. n. 2. Sylv. & c. potest tamen ad dictas praelaturas postulari, si ad sit necessitas, & ipse in regula Ordinis sit sufficienter instructus.

Questio 226. An, qui non est de corpore, seu Capitulo vel conventu Ecclesiae vacantis, sed alterius, necesse habeat postulari, ita ut eligi nequeat in ejus Praelatum?

Respondeo: negative Laym. in c. bone. 4. h. t. n. 9. & in c. cum inter, de elect. n. 3. ubi: quod licet decessus & convenientius sit, ut aliquis ex ejusdem Ecclesiae corpore assumatur ad praelaturam, modò adsit idoneus (cum indicium sit, in Ecclesia seu Collegii corpore non esse idoneum, si alienus seu extraneus promoveatur) id tamen necessarium non sit, cum tamen id principaliter cedat in favorem Capitularium, hi huic juri ac favori renunciare possunt, & ex alia Ecclesia personam idoneam eligere aut postulare (intelligè si forte alium defectum pateretur) & quidem laudabiliter, si id Ecclesiae suae utile videatur, citatque pro hoc Butrio in c. cum inter, n. 25. Abb. n. 8. contra gl. in cit. c. cum inter, v. aliam, & Imol. ibid. n. 4. verum de hoc infra, ubi, num extraneus eligi possit.

Questio 227. An invalide electus ob defectum, quo laborabat postulari de in possit?

Respondeo: qui personam indignam, seu laborantem defectu v. g. natalium, ignoranter elegerunt, mox errorem hunc suum coram gere possunt, eandem postulando: secus tamen esset, si scientes seu conscii istius defectus eam elegerint; essent enim tunc pro illa vice privati, ut nec postulare possent, Laym. in c. innovat. de elect. n. 8.

PARAGRAPHVS IV.

De admissione postulationis.

Questio 228. Ad quem dirigenda postulatio, seu à quo petenda eius admissio?

1. Respondeo primo: postulatio simplex dirigenda ad omnes illos, quorum consensus necessarius, ac proinde requirendus ad hoc, ut quis praelaturam admittere possit, seu ut aliquis sit praelatus. Pass. de elect. c. 24. n. 46. juxta dicta superius.

2. Respondeo secundo: ad illum Superiorem dirigenda est postulatio solennis, seu ad illum spectat illius admissio, cujus aliàs est confirmare praelatum electum; siquidem admissio postulationis vim habet confirmationis, electionis, ejusque loco succedit, modò tamen is Superior dispensare possit, & auferre inhabilitatem, propter quam postulatus erat in eligibilis ad praelaturam. Laym. in praed. ad cit. de postulat. coroll. 3. Pith. ad tit. eundem. n. 14. citantes Abb. in c. fin. h. t. num. 10. Unde jam Episcopus ad alium Episcopatum à solo Papa postulatur; cum cessio & translatio Episcoporum, uti & eorum pluralitas in eadem persona concedenda soli Papa reservatur. Laym. Pith. ll. cit. Sic postulatio ad praelaturam, v. g. curatam ex praescripto Trident. requirentem annum 22. aetatis completum dirigi non potest ad Episcopum, aut ab eo admitti, dum postulatus eam aetatem non complevit, & aliàs jus confirmandi electum ad illam dignitatem spectaret ad Episcopum; cum hic in aetate jure communi requisita ad Ordines vel beneficia dispensare nequeat. A. A. idem.

3. Inferitur quoque ex his; duo requiri in Superio-

ze ad hoc, ut legitime ab eo admitti possit postulatione, nempe potestatem dispensandi in impedimento, propter quod postulatus eligi non poterat, & jus confirmandi alias electum ad illam dignitatem, quorum duorum requisitorum primum non statim infert secundum; separari enim possunt ab invicem, & potestas in eo defectu dispensandi in esse v. g. Episcopo, jus verò confirmandi electum ad illam prælaturam hic & nunc ex privilegio aut consuetudine præscripta spectare ad alium inferiorem prælatum: quare minus rectè pronuciare videtur Pass. loc. cit. & cum eo Azor. p. 2. l. 6. c. 17. q. 5. unicum hanc servandam in hoc regulam, ut nimirum postulatione fiat ad Superiorem, qui potest dispensare, & auferre inhabilitatem, propter quam quis est ineligibleis ad prælaturam.

Questio 229. An teneatur superior admittere postulationem de cetero idonei factam legitime, hoc est, vel unanimiter, vel à duobus partibus capituli?

Respondeo primo: non teneri illum vi præcisè postulationis ex iustitia propriè tali, Laym. in c. bonæ. 3. h. r. n. 6. Tond. qq. benef. p. 2. c. 4. §. 6. num. 5. Pass. cit. c. 24. num. 47. Pirh. loc. cit. n. 15. citans Hofst. in sum. h. r. n. 12. n. 11. Contra Abb. in c. 5. hoc rit. n. 2. Jo. And. in c. cum monasterium. de elect. num. 7. quibuscum sentire videtur Lott. l. 3. q. 17. n. 234. junctio. n. 235. 237. & 238. ubi fateri tamen oportet, postulationem non usquequaque posse rejici citra injuriam postulari, & ipsius Ecclesiæ, ut gl. in c. bonæ. 3. h. r. v. in tanta. Roman. cons. 330. n. 20. quin &, si fiat postulatione ab ipso Papa, non reputatur materia simpliciter gratiosa, ut non magis dicatur iusta & æqua, hæcque ipsa ratione debita, ut Burfat. in cit. c. bonæ. n. 46. maxime, si esset unanimiter celebrata, &c. Responso nostra sumitur ex c. postulationem. h. r. & c. bonæ. 3. h. r. ubi ait Papa: cum sedes apostolica, etiam quando aliquis unanimiter postulat, ad admittendam postulationem eorum, non tam ex iustitia, quam ex gratia moveatur: nullum enim per postulationem etiam talem unanimiter, & in concordia factam, & præsentatam acquiritur jus postulantis, aut postulato, vel etiam Ecclesiæ; adeoque sine injuria horum rejici potest postulatione. Laym. Pirh. Pass. loc. cit. contra Abb. Jo. And. l. cit. Antonin. p. 3. r. 19. c. 3. §. 1. Sylv. v. postulatione. n. 2. & 7. Tabien. v. eod. n. 4. Castel. de elect. c. 2. n. 3. Barbof. in cit. c. bonæ. n. 1. apud Pass. cit. n. 46. Sed admissio rota innititur gratiæ, utpote gratiam dispensationis continens; dispensare siquidem in impedimento vel defectu, etiam dum adest ratio sufficiens, imò urgens, non est debitum propriè iustitiæ; cum in iure inhabilis ad rem aliquam non habeat jus exigendi illam tantquam sibi debitam. Laym. Pirh. loc. cit. neque cogitur superior ad dispensandum in lege sua, seu ad relaxandum jus ex multitudine petentium, vel etiam ex honestate petitionis, cum aliàs dispensatio Superiori non foret libera, sed necessaria, supposita honestate petitionis contra illud: nemo invitus de suo cogitur facere beneficium. c. precaria. 10. q. 2. & illud: quidquid iudicis potestati permittitur, juris necessitati non subjicitur. l. non quidquid. ff. de iudic. Pass. loc. cit. n. 47. & 48. citans præter plures alios. Suar. de LL. l. 6. c. 18. n. 20. Sanch. de matrim. d. 10. n. 3. Barbof. ad c. postulationem. de clericis excom. n. 28.

2. Respondeo secundò: videtur tamen Superior teneri postulationem talem factam ob necessitatem vel utilitatem Ecclesiæ admittere ex debito aliquo iustitiæ legalis, & ex officio suo, quatenus vi

officii sui tenetur utilitati boni communis consulere, vel etiam quandoque ex debito charitatis, alteriusve virtutis, non secus ac extra postulationem ex his virtutibus tenetur dispensare in votis, irregularitatibus, impedimentis matrimonii, &c. si urgens causa est, præsertim publicæ honestatis vel utilitatis. Laym. loc. cit. & in qq. canon. q. 8. de elect. Pirh. cit. n. 16. Pass. n. 48. nam &, ut ibid. Pass. actus misericordiae & liberalitatis quandoque necessarius est. Censebitur nihilominus ex tunc adhuc admissio talis postulationis gratia generalis, id est talis, qualem Superior communiter ratione officii facere solet. Pirh. loc. cit. ex Abb. & Imol.

3. Respondeo tertio: quin etiam prælatus inferior habens potestatem dispensandi in defectu postulationis, usque admittendi postulationem, eam in concordia, vel à duobus partibus Capituli ex iusta causa factam, nolit admittere, cogi potest à Superiore ad eam admittendam. Laym. loc. cit. n. 7. citans gl. in c. bonæ. 3. h. r. v. gratia. Pirh. cit. n. 16. Lott. l. 3. q. 17. num. 236. Unde etiam, licet postulantibus, aut postulato non competat actio, seu jus actionis contra Superiorem, ut is admittat postulationem. Pass. n. 50. citans gl. in cit. c. bonæ. v. gratia. Bald. in c. scriptum. de elect. n. 4. Sylv. v. postulatione. n. 7. possunt nihilominus implorare superioris prælati officium, ut is recusantem admittere talem postulationem, ad hoc compellat; cum juxta c. 1. de offic. iudic. detur hoc remedium implorandi officii iudicis, quando actio propriè dicta deficit. Laym. Pirh. Pass. l. cit.

Questio 230. Qualiter ad admissionem postulationis procedere possit ac debeat Superior, & quæ forma uti in ea, vel etiam reiectione postulationis?

Respondeo ad primum: admittere non debet postulationem, nisi facta inquisitione de conditionibus & moribus postulari: necesse tamen non est, ut ea inquisitio fiat judicialiter, cum non fiat ad puniendum, sed solum ad informationem Superioris. Pass. cit. c. 24. num. 53. verum de hac inquisitione pluribus infra, ubi de confirmatione electionis.

2. Respondeo ad secundum: de cetero forma certa præscripta in iure non est, quæ uti debeat Superior in admissione postulationis, de quo vide loc. cit. dicere tamen poterit: providemus Ecclesiæ vestre de tali persona, prout postulastis: vel melius: postulationem vestram admittimus: nequaquam autem dicere potest: confirmamus postulationem vestram. Pass. n. 52. ex Abb. in c. gratum. h. r. n. 23. Pari modo non est certa forma reiectionis postulationis, uti nec cassationis electionis; quin &, ut Lott. l. 3. q. 17. n. 260. cum gl. in c. 2. h. r. v. cassatum, eo ipso censetur cassata & rejecta postulatione, quod non est admissa: ubi autem repellitur postulatione, mox evanescit omnis illius effectus, ut idem Lott. n. 261. citato Gonz. ad reg. 8. cancell. gl. 15. n. 56.

Questio 231. An, & qualiter postulatus administrare possit Prælaturam, antequam ejus postulatione admittatur?

Respondeo: nequaquam ullatenus administrare potest ante admissam postulationem: & si id attenter, postulatione redditur ipso iure nulla. Pass. n. 54. Lott. loc. cit. n. 301. Tond. qq. benef. p. 2. c. 4. §. 6. n. 5. vide de hoc plura inferius, ubi, qualiter electus administrare possit ante electionis confirmationem.